

**Pars. VI.** **Ca. XII.**  
**Declarantur premissa testimonijs legis.** **Ca. XII.** **A**

**Q**uoniam iam defendimus et declaramus literalem intelligentiam legis in his in quibus absurda penitus et nullatenus possibilis videbatur. patefaciemus post hec: quia non solum literalem intelligentiam habet lex sed etiam spiritalem: quia multiplicem a deo ut omnis intellectus illuminatius et edificatius animarum: qui ex ea elici potest: in eo necessario sit. Et primum ostendemus hoc ex ipsius legis et prophetarum testimonijs. Legitur siquidem deutero in 1. Nec est enim sapientia vestra: et intellectus coram omnibus populis: ut audientes uniuersi precepta hec dicant. En populus sapiens et intelligens. Quis enim propter literalem intelligentiam sola legis sapientem et intelligentem censeat populum illum. Presertim cum etiam paruuli hebreorum illam doceant a patribus suis: et hoc ex mandato dei. Preterea si nihil haberet intime intelligentie lex: non haberet apud eam locum scrutatio. quod ergo esset dicere. **Beati qui scrutantur testimonia eius.** Et iterum: scrutabor legem tuam: scrutata enim in animalibus intestina vel interiora sunt. Amplius: si non haberet nisi exteriorum sensum lex: quare **Dauid** orasset ad dominum. Reuela oculos meos: et commi de lege tua: cuius enim oculi a deo velati sunt: ut ista interiora legis videre non valeat: que ut diximus etiam puillis ostenduntur. Amplius: que sunt mirabilia de lege tua. Quid enim admirationis habet carnificina sacrificiorum: inspectio leprosum et infinitus arcuitus expiationum. Amplius: mandata: iudicia: testimonia: totaque fabrica tabernaculi: totaque suppellex eiusdem: quid inquit habent admirationis. hec omnia exteriorius: quid profice subtilitatis: quid spiritualis profunditatis: nunquid propter hec consideranda exteriorius: prophetie spiritus **Dauid** qui super senes se intellexisse gloriebatur: petebat reuelari oculos suos. Amplius: quoniam intellectum petebat sibi dari: cum dicebat. da mihi intellectum ut discam mandata tua. Naturalem enim intellectum habebat: qui utique sufficientissimus est ad omnem literalem legis intelligentiam: sublimiorem igitur intellectum petebat: ergo et propter sublimiorem intelligentiam habent igitur mandata legis sublimiorem intelligentiam quam literalem. Amplius: quod dicitur **Dauid**: quia in lege illa meditatur die ac nocte: cum meditatio exteriorum de his quantum ad maiorem sui partem: etiam onerosa et tediosa viceretur.

**B** Quod autem multiplex sit lex non multitudine mandatorum quia hoc ridiculosum esset dicere. Expresse legitur **Iob xi. v. tina** deus loqueretur: tecum et aperiret labia sua tibi: ut ostenderet